

sex certis temporibus de^a gestis^a illius populi collecta^b est^b, ut mentes spiri-
 250 tualium tempore oportuno reficeret. Tempus enim colligendi et tempus
 comedendi^c est⁵¹. Alii collegerunt et nos in eorum opera indigni et immeriti
 introivimus⁵². In^d quinque sane diebus^e, quibus quinque manne^f gomor col-
 liguntur, quinque designantur tempora, in quibus sigilla quinque aperiun-
 tur. Manna vero verba significat spiritualia, que de celo descendunt. Por-
 255 ro^g sexta feria^h duo colliguntur gomor, quia in sexti^h apertione signaculiⁱ
 duo simul misteria consummantur, idest^k in sexti sigilli apertione sextum et
 septimum sigillum aperiuntur, sextum tamen prius quam septimum^k. Bene
 autem preceptum est, ut singula gomor singulis comederentur diebus, ne re-
 maneret ex eis quicquam^l usque mane⁵³, quia scripture ille, que opera do-
 260 mini in temporibus peragenda designant, procul dubio in temporibus singu-
 lis altere post alteras consummantur. Quod vero manna illud computruit,
 quod usque mane servatum est, quid^m aliud significare credendum est, nisi
 quia omnis scriptura^m in consummatione perficiturⁿ, et quia^o significat^o
 fieri, quod factum est, ad iudicium, non ad iustitiam illi^p, qui^p ultra sibi da-
 265 tum^q signum expectat⁵⁴. Quasi^r enim^s in^t Iudeorum cordibus manna illud
 computruit, quod Christum annuntiabat futurum, et ex eo vermes ad^u
 eorum iudicium et^u dampnationem^v procedunt, iuxta illud^w quod domi-
 nus ait: *Sermo, quem locutus sum vobis, ipse vos^x iudicabit^y in^z novissimo*
die⁵⁵. Sermo namque^a dei aut manne cibus est hiis, qui credunt, fidelibus aut
 270 vermis hiis, qui non credunt, et dampnationis^b pena. Ecce autem qualibet^c

a) digestis E. b) collectam B. c) medi E (= meditandi oder merendi, aber sicher durch versehentliche Auslassung der Kürzung für co entstanden). d) Der ganze folgende Absatz bis Z. 274 (consurgens) fehlt in B, dem eine Erstfassung zugrundeliegen kann. e) folgt in AC. f) fehlt AC. g) folgt autem in E. h-h) fehlt E. i) sigilli A. k-k) ist nur in D bezeugt und könnte eine Glosse sein, die aber durchaus auf Joachim und den Arbeitsprozeß der frühesten Skriptorien zurückgehen kann. l) fehlt D. m-m) fehlt E. n) perficitur E. o) qui sperat AC. p) fehlt ACE. Nur D bewahrt hier den Text! q) datam E. r) quanto E. s) fehlt AC. t) fehlt AC. u-u) in iudicium ad eorum E; iudicii ad AC. v) condemnationem AC. w) fehlt D. x) fehlt AC. y) indicabit C. z-z) novissimum diem AC (!). a) autem C; itaque D. b) fehlt est D. c) quamvis AC.

⁵¹⁾ vgl. Eccl. 3,2ff.

⁵²⁾ vgl. Ioh. 4,38.

⁵³⁾ vgl. Exod. 16,19f.

⁵⁴⁾ vgl. Matth. 12,39; 16,4; Luc. 11,29.

⁵⁵⁾ Ioh. 12,48.